

hi duas horti sortes, vulgò dictas del Naranjal, & de Sancto Domingo, sitas sub horto magno, quod vocant del Rey, ad præfatum Ducem ex donatione Regia pertinente, ab eodem Duce in publica subhastatione in septennium conductissent, & ex vltima licitatione, & additione habuissent 9. die Octobris anni 1625. pro pretio quatuor mille, & quadringentorum regalium in singulos annos sub quibusdam conditionibus, quantum vna fuit, quod huiusmodi locatio, & additio fieret instar locationis, & additionis iurium, ac redituum Regiorum, iuxta leges quaterni gabellarum; postmodum 3. die Ianu. anni 1626. nempe 86. die post additionem factam Bartholomæo, & Paulo, ad eoque intra terminum 90. dierum Regis legibus præstiturum ad additionem quartæ partis in conductione Regiorum redituum faciendam, dictus Franciscus Manito eandem adiectionem quartæ partis in prædicta sortium locatione fecit; quam cum Dux admisisset, ex eius parte 8. die eiusdem mensis, & anni coram ordinario iudice petitum est, dictos Bartholomæum, & Paulum à possessione dictarum sortium expelli, eamque vacuum Francisco Manito tradi (quam possessionem con Lanzamiento vocamus) quod licet ex parte illorum contradiceretur, allegato solennitatis defectu in subhastatione, & prælationis iure sibi pro eodem pretij augmento, quod offerrebant, competente, ac nonnullis aliis, ita nihilominus per iudicem abique illorum præiudicio, si quod postea prætenderent, iustum est, & à Senatu in gradu appellationis, & supplicationis confirmatum. Illis igitur postea ex vi referuationis sibi factæ in Senatu insistentibus super prælationis iure, quod à Duce, & Francisco Manito ab ipso causam habente contradicebatur, questum est an id illis hoc in casu competere? & competere quidem ex prædictis planum videbatur, nam cum locatio facta fuerit sub iisdem conditionibus, quibus Regij reditus locantur, in horum autem locatione prælationis ius primo conductori competat pro adiectione quartæ partis ab altero facta, eodem modo hoc in casu illi locus esse debuit, cum talis pactio iure admittatur, ac valeat, iuxta superius tradita num. 29. pactio autem contractibus interposita, eis formam, ac legem det, l. iuris gentium 7. §. quinto ff. de pact. l. legem 10. l. in bona fidei 13. C. eod. l. 1. §. si conuenit, ff. de pact. l. in conuenientibus 52. ff. de verb. oblig. l. contractus 23. vers. Sed hac ita (vbi ego quondam scripsi sub cap. vltim.) ff. de reg. iur. cap. contractus 85. eod. tit. in 6. ceterum contrarium decisum est me iudice 26. die Nouembrii anni 1627. ex eo potissimum \* quod per pactum in prædicta locatione appositum, quod ea fieret instar locationis Regiorum redituum, nominatim se contrahentes retulerunt ad disposita per Regias quaterni gabellarum leges, in quibus ius illud prælationis minime expressum reperitur, sed id tantum, quod quartæ partis adiectio intra 90. dies, vel tres menses admittatur, qua admissa, prior fiscalium iurium conductor, eandem offerens, dumtaxat præferatur ex vi veterum legum iuris communis, quæ in dubio non censentur correctæ per nouas Regias, contrarium specialiter non disponentes, iuxta ea quæ diximus numero trigesimo sexto, Sed nec tacite id prælationis ius conceditur in l. 1. o. titulo decimo tertio libro nono noua com-

pilat. cuius supra numero vigesimo quarto, meminimus, quatenus disponit, adiectionem quartæ partis, intra præfata tempora factam, notificandam esse conductori, cui Regij reditus additi fuerant; non enim talem notificationem requirit ad effectum prælationis ei concedendæ, cuius nullibi nostratres leges meminere, vt diximus, sed ad hoc tantum, vt prior conductor obicere possit defectus solennitatum, & conditionum, quæ ad valorem, & firmitatem factæ adiectionis requiruntur, cum illis probatis, penes ipsum reditus remaneant, adiectione amissa, & in pecunia sisco applicata, quemadmodum apparet ex dist. l. 10. illic: Paraque alegre de su derecho, si quisere, in l. 1. 11. sequent. ad fin. vbi post relata requisita, quæ adiectionem facienti incumbunt, hæc adnectuntur verba. *T si assi no lo hiziere, y cumplirere, que pague a nos la puxa del quarto, y que se pueda librar en el, y en sus fiadores, y que de la renta con el primero que la tenia, l. 15. illic: Y aquel arrendador menor, sobre quien fuere fecho el dicho quarto, pueda alegar de su derecho, iuncto sine, ibi. Y que aquel postrimero arrendador, que fiziere la tal puxa, sea tenudo de la noificar al arrendador primero, sobre quien la hace, & l. 17. in princip. illic: Los arrendadores primeros, en quien estauan las rentas, se oponen a las dichas puxas del quarto, y dizen, y alegan, que aquellos no han lugar, y que los dichos puxadores no aspararon las rentas, ni hizieron, ni cumplieron lo demas contenido en la ley, iuncto vers. Y el primer arrendador. Non igitur ob aliud priori conductori posterioris adiectio notificatur, quam vt de iure, & interesse suo doceat, adiectione ad nihilum redacta, iuxta regul. Tex. in l. nam ita Diuus 39. illic: Adhibetur etiam huius, qui contradicent, id est qui laederetur confirmatione adoptionis, ff. de adoption. l. etiam si pare 29. §. fin. vers. Cum non euocatis, ff. de minor. l. 1. §. denunciare, illic: Huiusmodi quorum interest, ff. de insidendo ventre, & l. de uno quoque 47. ff. de re iudic. Vide cauendum est ab Auileio capite trigesimo secundo, Prætorum, verbo de puxar, numero decimo vers. Quoque intelligerem, qui putat, notificationem faciendam primo conductori, ad hoc vt ille possit vincere licitationem, hoc est maiorem adiectionem facere, argument. Text. quem sic intelligit in l. licet 7. illic: Licet autem venditori meliore alata conditione addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adicere, & in leg. necesse 8. illic: Vt si quid alius adicit, ipse quoque adicere possit (hoc est supra illud) ff. de in diem addition. sequutus Baldum in dist. l. licet, qui sic eas leges intelligit, vt & Pinellus obiter ad legem secundam secundam parte, capite tertio, numero decimo quarto Cod. de resind. vendit. quomodo etiam nouissime eas ll. interpretatur Anton. Fab. in rationali ad ipsas, & latius de error. pragmat. tomo primo, decade vigesima tertia, error. secundo, ad medium, & error. tertia, per tot. est enim longè veterior, præfatas leges sic esse accipiendas, vt prior emptor possit plus illud pretij, quod ab alio adicitur, adiciens; rem emptam retinere, contractusque resolutionem euitare, vt intellexit rectè Richardus de Malumbræ, quem refert, & sequitur Albericus in d. l. licet. sentitque planè Accurf. in l. si in emptionem 35. verb. audietur, per Text. ibi. ff. de minor. ac per eundem Text. docuit Emanuel Suar. in annotat. ad Pinell. ubi*

ubi proxime, immeritò taxatus ab Antonio Fab. supra, & saltem hunc sensum amplexa est lex quadragesima, vers. E decimos, titulo quinto, part. quinta, illic. E si el le cumpliere aquella memoria, dene la recibir del, e dexarle la vna, dandole el precio sobredicho con la memoria, vbi notat Gregorius Lopez, gloss. septima, quicquid ad eum Hermosilla numero septimo, contraferat, inspecto iure communi, secutus Antonium Fabrum, quem solum citat, multoque magis errauit Auilesius, qui non animaduertit contrarium apertè apud nos probari in d. l. 40. part. ita.

41 Cum itaque Regiis nostris legibus nec expressè, nec tacite comprehensum fuerit præfatum prælationis ius, sed id ex veteribus legibus sumatur, quæ in dubio correctæ non censentur, ad leges quaterni gabellarum relatum, de eo prælationis iure in illis non comprehenso intelligi, cum ad aliud regulariter pactum non obliget, quam quod in eo nominatim expressum est, est enim sui natura stricti iuris strictèque interpretandum, maxime contra eum, qui legem sibi vtilem apertius dicere potuit, l. veteribus 39. aliis 40. ff. de pact. l. ea lege 51. ff. locati, l. cum quatuor 26. ff. de reb. dub. l. Arriano 47. illic: Vbi de obligando quaritur, propensiores esse debere nos, si habemus occasionem, ad negandum, ff. de obligat. & act. l. stipulatio ista 38. §. in stipulationibus, & l. quicquid adstringenda 99. ff. de verb. obligat. cap. contra eum 57. de regul. iur. in 6. l. 2. in fin. vbi Gregorius Lopez gloss. vltim. alia iura refert, titulo vigesimo tertio, part. septimo cum his, quæ ultra ordinarios vbiq. & relatos ab Alphano collect. 248. tradit, & explicat eleganter Stephan. Potcatul. in reclamatione iur. dialogo 117. numero primo, Prædictumque pactum id tantum operatur, quod adiectio quartæ partis in locatione illa intra terminum 90. dierum Regis legibus præstitutum admittenda sit, quæ alioqui non admittetur etiam in locatione à Republica facta, longèque minus à dominis temporalibus, nisi virtute talis pacti, aut consuetudinis, vt resoluunt Doctores relati supra, dist. numero vigesimo nono. Non verò vltius trahendum est, vt primus conductor illatum sortium, adiectionem offerens quartæ partis, quæ ex vi talis pacti ab altero facta est, nec alioqui admittetur, eidem præferatur, quia conductor, cuius intererat, id debuisset expressè in conuentionem deducere, aliàs contra eum interpretatio fit, iuxta nuper tradita, maxime ex Text. in proposito elegantissimo in dist. l. ea lege 51. ff. locati. Accedit, quod si pactum illud simpliciter prolatum, hoc etiam ultra adiectionis admissionem operaretur, duo contineret specialia, quæ in dubio concurrere non debent, vt ad conciliationem Text. in l. cum post 69. aliis 70. §. gener, (qui alias est sub §. in domum) ff. de iure dot. cum l. 1. Cod. de dori promiss. obleruat gloss. verbo placuit, vers. Vel ibi promissio, in dist. §. gener, & gloss. vltim. circa fin. vers. Ad aliam dic, & vers. Vel hic nudo pacto in d. l. 1. quam conciliat. ex pluribus communem factur, quicquid tam neget Petrus Barbosa, 3. part. leg. 1. ff. soluto marimon. numero quadragesimo quinto vers. Pro concordia, qui tamen ibi numero quadragesimo sexto vers. Succedit igitur, & in l. si alienam 12. numer. 89. vers. Præterea etiam admittamus, ff. eodem tit. id iuris bro-

catidum certo modo declaratum admittit, quod nos latè exornauimus dissertat. 6. num. 39. Nec dicatur, Barbosa declarationem, vt id procedat tantum cum vtrumque speciale æquè principaliter inducitur, scilicet quando vnus venit in consequentiam alterius, in præfata specie verificari, quia admissa semel adiectione, hæc ei consequens est, vt prælatio sit admittenda, quemadmodum admittitur in locatione Reipublicæ post admissam ex vi similis pacti, aut legis municipalis, aut iure extraordinario restitutionis, vt superius resoluimus numer. 30. inde sumpta æquiparatione, quod sicut in illa non consideratur effectio, vni magis quam alteri locandi, sed interesse pecuniarium tantum, sic nec in præfata Ducis locatione aliud videatur considerandum, cum huiusmodi magnatum bona, sicut & Reipublicæ per alios administrari soleant, in quibus magis quam in ipsis dominis affectio daretur, quæ potius eis damnosa foret, iuxta ea, quæ diximus dissertat. decimatercia, num. 36. Quia talis æquiparatio neganda est, nec enim verum est, in huiusmodi administratione affectionem dominorum non dari, cum ex peculiari eorum iussu, & ordinatione fiat, qui plerumque voluntatis libitum interesse pecuniario præferunt; quod in memorato casu eo euidentiùs constitit, quod in eo Dux ipse pars formalis fuit, secundumque conductorem ad eum defendit, vt & ipse singulorum iudices priuatim inuiserit, de quæ illius iure, ac suo & certiores, & commendatos fecerit.

DISSERTATIO XVIII.

De die termini, ad actum aliquem peragendum præfiniti, an in termino ipso computetur, & obiter an, & quando computatio fiat de momento ad momentum, an item mensis, vel mensium appellatio simpliciter prolata, de triginta diebus tantum pro quolibet mense intelligatur, nec ne? ad elucidationem nonnullorum iuris locorum, tam communis, quam Regii.

SVMARIA.

- 1 Quæstionis hypothesis refertur.
- 2 Tempus sine de momento ad momentum currat, sine non, semper dies termini videtur in termino computandus, & aliquot in proposito legum diffidia notantur.
- 3 Tempus in dubio semper intelligitur continuum, nisi aliud specialiter lege cautum reperiantur, ibidem.
- 4 Diem termini in termino ipso computari, iure, & Doctorum auctoritatibus probatur.
- 5 Id esse certius plures ex Regnicolis nostris docuerunt, cum terminus apponitur à die actus & eius rei exempla.
- 6 Sed & tunc si de hora constet, qua actus exordium sumpsit, computationem fieri de momen-



- to ad momentum idem affirmarunt.
- 7 Mensis appellatio de triginta diebus tantum regulariter intelligitur.
- 8 Dies termini, hoc est assignationis eius in termino ipso non computatur, nisi aliud expresse cautum sit, vel ex coniectura appareat, idque receptius, & vltimus esse ostenditur.
- 9 Nulla iura pro hac sententia expenduntur, quorum declarationi per viam regula, magis quam speciali prouisioni a regula subducta expressio in eis facta tribuitur.
- 10 Cap. propter superfluum 21. 2. quast. 6. pro contraria parte adductum, pro hac retorquetur, & inducitur.
- 11 Lex ubi lex 101. alias 102. ff. de reg. iur. pro eadem sententia a plerisque inducitur, & an ea inductio vera sit, ac num. 23.
- 12 Lex 3. §. minorem, ff. de minorib. intelligitur.
- 13 Lex in vltimacionibus 6. cum l. sequent. conciliatur cum l. in vltimacione 15. ff. de diuersis, & temporalibus prescript. & l. in omnibus 6. ff. obligat. & act.
- 14 Dies, vel annus captus an & quando habeatur pro completo?
- 15 Tempus in dubio intelligi continuum quod dicitur, intelligitur ex quo currite cepit.
- 16 Terminus cum statuitur a die, vel ex die actus, mudo certius ac receptius est, diem termini non computari in termino.
- 17 Secus si ab actu ipso, quod pluribus modis contingere potest.
- 18 Quod si iura indifferenter terminum constituentiam a die actus quam ab actu ipso, declaratio sumenda est ex legibus posterioribus, & intellecta lex 1. §. biduum, iuncto §. quid igitur, ff. quando appellandum sit.
- 19 Consuetudo tamen indistincte admittit, vt sine ab actu, siue a die actus terminus apponatur, dies termini in termino non computetur, & intellecta nonnulla leges Regia.
- 20 Mensis appellatio ita demum de 30. diebus tantum intelligitur, cum ad certum ac determinatum mensum non referatur, secus si referatur ad mensum habentem 31. dies.
- 21 Menses ad aliquem actum assignati, intelliguntur hi, qui casu occurrerint, & intellecta lex 6. & §. titulo decimo tertio, libro nono, compilat. & conciliata cum l. 15. eiusdem tituli.
- 22 Mensura duorum plerumque leges meminere, eos ad aliquem actum mere civilem praestitentes, & cui rei exempla, quibus leges aliquot illustrantur.
- 23 Eorum mentio tunc non potest referri ad sexaginta dies tantum, sed ad sexaginta, & vnum, & quare? intellecta lex ubi lex 101. alias 102. ff. de reg. iur.
- 24 Lex si aliquot mensum spatium praestinet ad legitimandum actum in respectu natura ipsa, menses intelliguntur Ianuarius, & intellecta lex septimo menle 12. ff. de statu hom.

APPENDIX PRÆCEDENTIS.

**I**N facto præcedentis dissertat, illud etiam in quaestione deductum est, an auctio, siue adiectio quartæ partis, à Francisco Seuerino facta, admittenda foret, nec ne? Nam illam non esse admittendam contendeat Franciscus Yañez, vt potè factam post lapsum nonaginta dierum, qui iure Regio ad eam faciendam designati sunt in l. 11. §. titulo decimo tertio, libro nono nona compilat. ad eoque ipso iure penes ipsum Regio reditus, ex secunda licitatione sibi adiectos, irreuocabiliter remansisse pro eodem ipso pretio, vt nec necessarium ei fuisset, vt iure prælationis pro eo, quod à Seuerino post modum adiectum est; fuit enim sibi adiectio facta 4. die Ianuarij anni 1621. adiectio autem quartæ partis à Francisco Seuerino facta subsecuta fuit 4. die Aprilis eiusdem anni, atque ita die ipsa adiectionis computata, prout computandam fore dicebat, lapsis iam dictis 90. diebus, nam ex mense Ianuarij secundum eam computationem supererant 28. dies, totidemque habuit Februarij (qui eo anno bisextilis non fuit) quibus additi 31. mensis Martij, & quatuor Aprilis, consueunt nonaginta, & vnum dies. Nec ob stare sibi dicebat aliam trium mensium dilationem, cuius fit mentio in l. 6. & §. dist. titulo decimo tertio, libro nono compilat. quia præterquam quod illa præsumpta est in diuersa locatione, vulgo apud nos dicta per mayor, vt ex illis legibus constat, illa in effectu non distat à dilatione 90. dierum, designata in d. l. 15. eiusdem tituli, vt pro competo habent Auend. & alij præced. dissertat. relati sub num. 28.

Quod verò ad primum pertinet, Francisci Yañez intentio ex eo imprimis fundata videbatur, quod aut volumus terminum computari de momento ad momentum, & tunc primi, & vltimi diei computatio fit per horas ab illa, qua actus cepit, ad illam qua desit, l. 3. §. minorem, ff. de minor. aut non fit de momento ad momentum, & tunc primus dies pro integro computatur, & postremus tantum debet esse impletus l. in vltimacionibus 6. iuncta l. sequentib. ff. de vltimacionibus l. in omnibus 6. ff. de obligat. & act. quinimò sufficere quod vltimus dies dumtaxat sit tactus, nec requiri quod sit expletus, probat Text. difficilis, qui proximè relatis aduersari ex diametro videtur, in l. in vltimacione 15. ff. de diuers. & temporal. prescript. ergo quomodocumque sit, dies termini computatur in termino.

Secundo quia tempus in dubio semper intelligitur continuum, nisi aliud specialiter lege cautum reperitur, glos. elegans in rubr. versio. Sed hic notandum, ff. de diuersis, & temporal. prescript. communiter recepta à Bartol. & reliquis ibi, vltra quos eam valde commendant, & magistram, ordinariam, ac singularem dicunt Paul. Castren. in l. nunquam 31. §. 1. numero secundo ff. de vltimacione. Stephan. Bertrand. conf. 81. numero secundo, volum. 2. part. 1. Franciscus Balbus de prescript. 1. part. 4. princip. quast. 6. & vltim. numero vltimo ac post alios Tiraquel. de retractu sanguinis. §. 1. gloss. 11. numero vigesimo primo. vers.

vers. Nam & tempora, Ludouicus Gomezius in regul. de annali posses. quast. 73. post princip. verticul. Nam lex voluit, Franciscus Becius consilio nonagesimo nono numer. 14. Sured. decis. 189. num. 1.

Tertio quia diem termini in termino ipso computari non obscure probatur in l. 1. §. biduum, illic: Ex die sententia lata computandum erit, iuncto §. quid igitur 8. illic: Si ferrò dicta sit sententia iam suprema hora, vbi notat. glos. verbo subtraxisse, illic: Ergo de momento ad momentum, ff. quando appellat. sit, & in cap. propter superfluum 21. illic: Et ipse dies, in quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur, 2. quast. 6. idque alias passim glossæ docuere, nempe gloss. verbo in decem mensibus, vers. Et dies mortis computatur in decem mensibus, in l. Gallus 29. ff. de lib. & posthum. glos. verbo dierum, in fin. vers. Ego credo, quod semper computetur, & sic seruetur de facto, in cap. anteriorum, 18. 2. quast. 6. similis verbo infra decennium, vers. Et fit isorum computatio de momento ad momentum, in cap. non solum 7. & verbo sciuerit, vers. Et fit de momento ad momentum computatio, in cap. concertationi 8. de appellat. in 6. & vbi que communis, quam resoluunt Alexand. numero duodecimo vers. Sed contrarium, & vers. Et tenendo, in l. 1. ff. si quis conuentionib. Philippus Corneus qui & magis communem dicit consil. 279. numero quarto, libro quarto Philippus Decius numer. 35. & Philippus Franciscus numero vigesimo secundo in cap. super eo 12. de appellat. ac post alios Tiraquel. licet eam non sequatur de retractu sanguinis, dist. 8. §. 1. gloss. 11. numero vigesimo & vigesimo primo, & rursum a numero 42. Matheus Afflic. in consil. Neapolit. libro primo rubric. 90. numero octauo, & decis. 71. numero septimo vers. Præterea omne tempus, & ad eum Cæsar. Ursillus à numero sexto Didac. Castillus ad l. 64. Tauri. glos. verbo desde el dia, sub numero octogesimo secundo vers. Sol regulariter, (quamuis postea in effectu dissentiat, vt mox videbimus) Bernardin. Diaz, & ad eum Salzedus plures congerens, regul. 190. & Petrus Dueñas regul. 197. Non paucos quoque pro hac sententia cumulat Alexand. Trentacinq. variar. resolut. libro 2. tituli de dilat. resolut. 1. num. 2. in 1. opinione.

Tandem quia id certius esse passim nostrates tradidere, cum terminus iure nostro Regio præfinitur à die actus, puta à die late sententiæ, vt ab ea appelletur, vt in l. 1. titulo decimo sexto, libro tertio ordinament. quæ est lex 1. titulo decimo octauo, libro quarto nona compilat. factæ oppositio nis in executionis iudicio, vt exceptiones probari possint, in l. 64. Tauri, quæ est l. 1. titulo vigesimo primo, libro quarto nona compilation. factæ adiectionis, vt res addita retrahi per consanguineum possit, in l. 70. Tauri, quæ est lex 9. titulo vndecimo, libro quinto compilat. sic etiam docuerunt Palac. Rubens num. 34. Anton. Gomez numer. 25. in d. l. 70. Tauri, Petrus Dueñas dist. regul. 197. ad fin. Salzed. ad Bernard. Diaz dist. regul. 190. similiter ad fin. vers. Et de iure Regia, Didac. Percir. ad l. 1. titulo secundo, libro tertio ordinament. gloss. 1. quast. 268. Alia est opinio, vers. Confirmatur, Ioannes Baptista Villalobos in annotation. iur. commun. & Regi, littera D, numero decimo, Alphons. Azeued. ad l. 1. titulo quarto, libro quarto nona compilat. num. 34. & 35. & ad l. 70. titulo vndecimo, libro quinto, num. 62. & venissimè

l. 9. eiusdem tituli, numero septimo, in fin. Ioannes Gratian. regul. 133. ante numerum primum, vers. Præcise iure Regio. Qui & ipsi affirmant, si de hora consistet, qua actus exordium sumpsit, fieri computationem de momento ad momentum, id quod ad speciem nostram proprie adaptatur, in qua nonaginta dies, ad 4. partis adiectionem faciendam designati, numerantur à die factæ adiectionis, vt planè constat ex l. 15. titulo decimo tertio, libro nono compilat. illic: Se faga dentro de nouenta dias, contados desde el dia, que fuere rematada la venta de todo remate; ergo dies ipse adiectionis factæ, in eo termino computandus est, atque adeo extra terminum adiectionis facta reperitur in superiore hypothefi.

Rursus quod attinet ad secundum articulum, obiter ab actore deductum, nempe terminum trium mensium, Regis legibus ad adiectionem faciendam præsumitum, à termino nonaginta dierum in dist. l. decima quinta, assignari non differre, id etiam ex eo probatur, quod mensis appellatio de triginta tantum diebus regulariter intelligitur, l. si venditor vigesima quinta, alias vigesima octaua, illic: Intra duos menses, iuncta l. quod si nolit 31. §. si quid ita venierit 22. illic: Intra sexaginta dies vtilis, & l. adiles 38. in princip. vers. Si quid ita, illic: In diebus sexaginta, ff. de adl. editio (quibus addendi sunt, rectè post alios explicantes, Antonium Gomez, tomo secundo variarum capite secundo, numero decimo nono circa finem, vers. Adde tamen, Menochius de arbitrar. libro primo, quast. trigesima secunda, numero duodecimo & decimo tertio, Valac. de iure eumphy. quast. vndecima, numero decimo sexto, vers. Porro si de tempore) l. si maritus 4. §. 7. illic: Nam post sexaginta dies quatuor menses extraneis dantur, & l. miles 18. §. sexaginta, iuncta l. maritus 29. §. sex mensium, ff. ad l. Jul. de adul. vbi sexaginta dies, qui marito conceduntur ad acculandam vxoriam adulteram iure mariti, & quatuor mensis iure extranei, sex menses nuncupantur, Authent. habemus, in princip. illic: Intra triginta dies, iuncto vers. Quod si non fecerit, illic: Alius mensis, & vers. Si verò, illic: Alterius mensis, & illic: Ita ut si quis ad prædictos tres menses, Cod. de iudicio, l. volum. 8. Sin autem dubius, iuncta gloss. verbo sexaginta, Cod. de iure delictorum, vbi cum Text. ille 30. dies heredi concedat ad inchoandum inuentarium, & 60. ad perficiendum, inferret relata gloss. tres illi menses concessos esse, quod & apud nos probat lex quinta, vers. E deueni comenar, vbi notat post alios à se relatos Gregorius Lopez gloss. 6. tit. 6. part. 6.

Verum his nihil restagantibus, contrarium in vtroque articulo iudicatum est. In primo namque & verius, & receptius est tam Doctorum calculo, quam forensi vsu, diem termini, hoc est assignationis eius, in termino ipso non computari, vt post gloss. verbo præter eam, Jacobum Butricium, Bartol. & alios testantur Iason numero vigesimo, vers. Communis opinio, vers. Ista opinio de consuetudine, & vers. Ista est magis communis, in l. prima, ff. si quis causidicus, vbi & Alexand. de consuetudine testatur, numero decimo tertio, vers. Tamen de consuetudine, Bartholomæus Socin. regul. alphabetic. 91. Petrus Dueñas regul. 196. Guido Papæ & ei ad demes decis. 170. vers. Sed quicquid sit de iure, Montalu, in l. 4. verbo facta nuce dias, titulo tertio, libro



libro secunda fori, Didacus Castell. in dist. l. 64. Taur. numero octogesimo secundo & octogesimo tertio, & in l. 70. Taur. numero trigesimo octavo, Minifing. singular. obseruat. cent. quinta, obseruat. decima quinta, numero secundo & quarto in princip. Sebastianus Vantius de nullis. tit. ex defectu iuris dist. ordin. numero 260. Bartholomæus Bertozola consil. vigesimo, numero decimo octavo. Alexand. Trentacinqu. dist. tit. de dilat. resolut. r. numero secundo, verl. Secunda est opinio, iuncto verl. Ego non recederem, Didacus Petez, qui hanc sententiam in casu dubio magis probat, in dist. l. i. titulo secundo libro tertio, ordin. gloss. prima quast. 26. in princip. iuncto §. alia est opinio, verl. Unde dicendum, Villalobo qui eum refert, & sequitur in arar. commun. opin. littera T, numero vigesimo, Parlador. libro secundo, ver. quotidian. cap. fin. §. part. §. 10. a numero tertio, Matiençus ad l. 7. titulo undecimo, libro quinto nona compilat. gloss. 6. numero primo, (vbi se refert ad latius tradita in tract. de stylo Cancellaria, quem præ manibus habere non potui) Ceuall. pract. quast. tomo primo, quast. 401. numero sexto, verl. Et etiam cessante, Bouad. in polit. libro tertio, cap. 8. nun. 201. ad medium, Stephan. Gratian. disceptat. forensium tomo primo, cap. 161. numero decimo septimo, Osnald. Hillig. alios congerens ad Donell. libro vigesimo quarto, comment. cap. 6. litter. F, verl. Num autem, Petrus Anton. Lazarius pract. & canon. quast. de monior. part. 1. sect. 2. quast. 1. numero quarto, circa fin. princip. & verl. Qua quidem ratio, Ioannes Vuamelius consil. 28. numero quarto, & quinto, centur. 1. Que sententia ex seqq. probatur imprimis ex relata l. i. illic: Praer eum diem, quo cauitum promittitur, ff. si quis cautionibus. Rutilus ex l. eum qui 41. verlic. Planè, illic: Si ipsa die Kalendarum quis stipulationem interponat, quid sequemur? & puto actum videtur de sequemibus Kalendaris, vbi notat Gotofred. ad verbum Kalendaris, ff. verbor. obligat. Tertio ex capite primo illic: Infra quindecim dierum spatium post diem, in qua proponitur, de resitut. spoliat. libro sexto, Denique ex capite primo, verlic. Si quis igitur, illic: Intra octo dierum spatium, die in quo proponitur minimè computato, de except. eodem libr. Nec dicatur, id idè in specie horum iurium contingere, quia in eis inexpressum est, siquidem in dubio censerè potius debet per modum regulæ, ac declarationis rei dubiæ id expressum esse, vt inde instructionem sumamus, quam ex vi specialis prouisionis, argument. Text. in l. iura §. ff. de legibus, l. & hoc Tiberius 41. ff. de hered. institut. in capite erit autem lex 2. verlic. Manifesta quoque, & verlic. Sed pro communi, 4. distinct. & in capite primo, illic: Nos instituta maiorum patrum considerantes exiunt, de sepulc. & in simili notarunt Ripa in l. si constantè 25. numero quinquagesimo verl. Sed tu dicas, & numero septuagesimo octavo verl. Nec obstat quod ibi fiat extensio, ff. soluto matrim. Camillus Gallinius de verbor. signif. libro septimo, capite primo, numero vigesimo primo, Idque magis confirmatur ex cap. propter superfluitatem 21. (pro contraria parte adducto) 2. quast. 6. vbi, cum statutum esset tam ibi, quam præcedent. cap. in §. post datam, ac repetatur postea in cap. ab eo 24. eiusdem causæ, & quast. appellare volentem, intra quinque dies id facere debere, & intra eisdem litteras accipere dimissorias à iudice a quo, & iudicium ad quem, si commodè possit, præsentare, vel ad eum iter arripere; additur in

verl. Et ipse dies, diem; quo quis dimissorias litteras accipit, in ipsis quinque diebus specialiter esse computandum, specialiter inquam, hoc est ex specialitate, quæ initio illius clausula est, tendens nimirum ad restringendum quantum fieri possit huiusmodi terminum, atque ita planè indicatur, in contrarium extare ius commune, vt dies termini in termino non computetur, ex reg. l. quod verò 14. cum duabus seqq. ff. de legibus Pro quo rursus expendi solet Text. in l. vbi lex 101. aliis 102. ff. de reg. iur. quò lo-ci Paulus vbi lex (inquit) duorum mensum fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est; ita facta inductione, quod (vt numero septimo, probauimus) mensis appellatio de tringinta tantum diebus regulariter intelligitur, cum igitur in dist. l. vbi lex, traditum sit, quotiescumque ex legis præscripto duo menses alicui conceduntur ad aliquid peragendum; puta comprehendendum in iudicio, vel quid simile, vnum ei addendum esse diem supra sexagesimum, satis insinuari videtur, in duobus illis mensibus, primum diem in quo terminus datus est, non esse computandum, vt sensit ibi glossa prima in fin. verl. Item hoc de benignitate, quam Doctores communiter ad hoc commendant, vt præ aliis videre licet apud Alexand. Trentacing. dist. verlic. Secunda est opinio, in princip. & in fin. & in terminis sic eam l. iudicet Tiraquel. dist. §. gloss. undecima, numero decimo nono, & ab eo mutuatus Didacus Petez dist. questione vigesimo sexto in princip. verlic. Infragatur. Quod tamen fundamentum valde mihi fallax semper visum est, per ea quæ postea ad secundum articulum dicam.

Nec verissima hac admissa sententia, prioris fundamenta quecumque mouere debent. Non primum, quod difficillimum quidem est propter varias Doctorum ad iura in ea relata, & similia interpretationes, & conciliationes, vt vltra ordinarios videre licet apud Franciscum Canon. comment. iur. ciuil. libro tertio, capite quinto, numero quarto, Ludouicus Charod. libro tertio, verlic. capit. 17. Dom. Franciscus Sanniet. sicut. interpretat. libro tertio, capite 12. numero quarto, Ioannes Robertus sentent. iur. libro primo, capite secundo, & tertio, Guidum Pancirol. variar. lect. libro tertio, capite nono, Ioannes Patlad. libro primo, rerum quoad. capite primo, §. 1. a num. 20. & alios infra. Inter quas illa mihi videtur aptissima, quam docet, & ingeniosè primus considerauit Conan. dist. capite duodecimo numero sexto, cui Robertus & Pancirolus partim accedunt, vt mox videbimus, & nos ei aliqua pro exactiore tam iurium, quam Doctorem inter se dissidentium conciliatione, & concordia non inutiliter adiciemus. Vt nimirum separanda sit ipsa natura veritas in his, quæ facti sunt, à iuris censura, & fictione in his, quæ sunt iuris. Prima namque attendenda, tempus, de momento ad momentum currit, atque ita procedit Text. in dist. l. 3. §. minorum, ff. de minor. vbi ipsa tantum veritas læsonis in minore ætate contingenti consideratur, vt quatenus intra metas illas lætio ipsa de facto euenerit, suum ei auxilium Prætor impartitur, vt ipse in perpetuo edicto pollicitus est his verbis. Quod cum minore quam viginti quingue annis natu gestum esse dicitur, utique res erit, animaduertam, l. 1. §. 1. eodem ff. titul. Nec enim

